

TABULA 493.

STRELIZIA OVATA.

PENTANDRIA MONOGYNIA.

- CHAR: ESSENT: *Spathae* universales, partialisque. *Cal.* o. *Cor.* 3-petala. *Nect.* 3-phyllum, genitalia involvens. *Caps.* 3-locularis, loculis polyspermis.
- STRELIZIA *ovata*: scapo longiore petalis et foliis, petiolo duplo longiore, folio ovato-oblongo. *Att. Hort. Kew. ed. Nov. Vol. II. p. 55.*
- STRELIZIA *Reginae*: *Cuvris Magaz. 119. 120. ANDREW'S Reposit. 432.*
Crescit ad Caput bonae spei. Floret Februario usque ad Aprilem. 2.
- RADIX perennis, fibrosa, ad instar Hemerocall. fulvae: fibrae minimi digiti crassitie, extremitatibus obtusae, late horizontaliter patentes, nisi insectorum injuria incremento suo impediuntur.
- FOLIA plurima, basi surrecta, pedem circiter longa, pollicesque quatuor lata, ovato-oblonga, coriacea, subcarnosa, rigida, glabra, concava, apice integra, excepto inferna altero lateri plus minusve crispo-undulata; supra obscure viridia, subtus glauco pulvere obducta, costa media supra concava et florescentia: nervis subtus prominulis, supra impressis: cuneatis junioribus convolutis.
- PETIOLI ter folium longitudinem aequant, erecti, ad terram saepius diffusi, cuncti vaginantes et radicales.
- SCAPUS seu truncus florigerus, nudus vel ramis distitulus, foliis saepius longior, ex una vel altera eorum spatha proveniens, surrectus, teres, crassitie fere aequali, undique rore glauco vestitus, quatuor vel quinque spathis, arcte incumbentibus, tectus; ejusmodi scapi florigeri, duo vel plures, ex una eademque radice proveniunt, quo magis vel minus planta adoleverit.
- SPATHA terminalis, sex circiter pollices longa, glauco rore obducta; basi lucide purpurascens, fastigiata, ad basin supra sese explicans, circiter pollicem a summitate distantem, hinc ad latus versa se aperiens, angulum nunc circiter quadraginta quinque graduum constituens, et fere flores sex includens.
- FLORES lucide aurantii, erecti, cum demum singuli e spatha egressi; omnibus enim et singulis haud exiguum temporis spatium ad sui perfectum incrementum necessarium. Scilicet in ea, quae in horto Stuttgartiano floruit planta, jam bina floris primarii petala dofolia seu potius ejusdem segmenta una cum nectario explicata fuerunt, et cum interea flos iste primarius jam verticaliter erigebatur, postverus eundem nunc ac spatha angulum constituabat; post vero quatuor dies elapsas illa lacinia, quae de flore primario restitabat, una cum duobus segmentis et nectario secundarii sese explicabat floris, et eodemque modo, et aequali temporis spatio, omnes tandem et reliqui, qui fuerant sex flores, sese explicare continuabat.
- COROLLA profunde tripartita: segmentis ovato-lanceolatis, argute carinatis, fere concavis, ad basin albidis, succulentis, et visciditate nectario large affluente obductis.
- NECTARIUM azureum, singulari ejusdem fabricae e duobus petalis conflatum: petalo superiori breviori, latiori, apice mucrone albedo: inferiori circiter duo cum dimidio pollices longo; parte dimidia inferiori subtriangulari, margine intimo utrinque ampliato, basi que carinata, carina ad apicem usque recta producta; parte dimidia superiori sensim basin versus dilatata, lobisque duobus divisa, magis vel minus obtusis, quo formam sagittae induit, apice bifida, concava, et antheras includens.
- STAMINA: filamenta quinque basi nectarii inserta, brevia et distincta. *Antherae* longae, lineares, cum apice nectarii maturitate connexae. *Sylus* filiformis, albidus, nectarii longitudine. *Stigma* tres unius pollices quadrantes longum, nectarium approximatum et quasi cum ejusdem extremitate unitum, rotundum, albidum, admodum viscidum, post anthesin obscure fusco purpureum, in tres ut plurimum lacinias divisum, cum nectario ad usque id ipsum marcescit, conjunctum.

Planta naturali magnitudine.

1. Nectarium longitudinaliter dissectum, cum staminibus et pistillis in situ.